

# PROPRIO DE LA MISA

## SANTA ÁGUEDA

### Virgen y mártir

5 de Febrero - Fiesta clase 3.<sup>a</sup> - Rojo

#### *Salmo 44.2* INTROITO

GAUDEAMUS omnes in Domino, diem festum celebrantes sub honore beatæ Agathæ Virginis et Martyris: de cuius passione gaudent Angeli, et collaudant Filium Dei. *Ps.* Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi. *V.* Gloria Patri.

Gocémonos todos en el Señor, celebrando la fiesta en honor de santa Agueda, virgen y mártir ; por cuyo martirio se alegran los ángeles y alaban al Hijo de Dios. Salmo. Rebosa mi corazón en un bello discurso; es a un rey a quien digo mi poema. *V.* Gloria al Padre.

#### COLECTA

DEUS, Qui inter cetera potentiae tuæ miracula etiam in sexu fragili victoriam martyrii contulisti: concede propitius; ut, qui beatæ Agathæ Virginis et Martyris tuæ natalitia colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Dominum.

¡Oh Dios!, que entre otras maravillas de tu poder, supiste dar fuerzas al sexo frágil para conseguir la victoria del martirio, haz que, celebrando el nacimiento para el cielo de tu virgen y mártir santa Águeda, vayamos a tí por la imitación de sus ejemplos. Por nuestro Señor.

#### *1 Corintios 1.26-31* EPÍSTOLA

FRATRES: Videte vocationem vestram, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes: et infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia: et ignobilia mundi, et contemptibilia elegit Deus, et ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret: ut non gloriatur omnis caro in conspectu ejus. Ex ipso autem vos estis in Christo Jesu, qui factus est nobis sapientia a Deo, et justitia, et sanctificatio, et redemptio: ut quemadmodum scriptum est: Qui gloriatur, in Domino gloriatur.

Hermanos : Mirad quiénes habéis sido llamados. No hay entre vosotros muchos sabios según la carne, ni muchos poderosos, ni muchos nobles, sino que Dios ha escogido lo necio del mundo, para confundir a los sabios; y ha escogido Dios lo débil del mundo para confundir la fuerza; lo vil del mundo y lo que en nada se tien ha escogido Dios, y lo que no es, para destruir lo que es, para que ningún mortal se glorie ante Dios. Porque por él estáis en Cristo Jesús, quien fue hecho por Dios para nosotros sabiduría y justicia, santificación y redención, para que, como está escrito, el que se gloria, se glorie en el Señor.

*Salmo 45.6,5* GRADUAL

ADJUVABIT eam Deus vultu suo: Deus in medio ejus, non commovebitur. *Ps.* Fluminis impetus lætificavit civitatem Dei: sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

Con una mirada viene Dios en su ayuda ; Dios está en ella y no se conmovirá. *Ps.* Las corrientes de un río alegran la ciudad de Dios, el santuario donde habita el Altísimo.

*Salmo 118.6* ALELUYA

ALLELUIA, alleluia. *Ps.* Loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum, et non confundebar. Alleluia.

Aleluya, aleluya. *Ps.* Hablaré de tus preceptos ante los reyes y no he de avergonzarme. Aleluya.

*Después de la Septuagésima, en vez del aleluya, el tracto:*

*Salmo 125.5-6* TRACTO

QUI seminant in lacrimis, in gaudio metent. *Ps.* Euntes ibant, et flebant, mittentes semina sua. *Ps.* Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

Los que siembran con lágrimas, cosecharán con alegría. *Ps.* Irá, es cierto, llorando, el que lleva el zurrón de la semilla. *Ps.* Mas volverá radiante de contento, trayendo sus gavillas.

*Mateo 19.3-12* EVANGELIO

IN illo tempore: Accesserunt ad Jesum pharisæi tentantes eum, et dicentes: Si licet homini dimittere uxorem suam quacumque ex causa? Qui respondens, ait eis: non legistis, quia, qui fecit hominum ab initio, masculinum et feminam fecit eos? et dixit: Propter hoc dimittet homo patrem, et matrem, et adhærebit uxori suæ, et erunt duo in carne una. Itaque jam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet. Dicunt illi: Quid ergo Moyses mandavit dare libellum repudiæ, et dimittere? Ait illis: Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras: ab initio autem non fuit sic. Dico autem vobis, quia quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, et aliam duxerit, mœchatur: et qui dimissam duxerit, mœchatur. Dicunt ei discipuli ejus: Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere. Qui dixit illis: Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi qui de matris

En aquel tiempo : Se llegaron a Jesús unos fariseos, tentándole y diciendo : ¿Es lícito repudiar a su mujer por cualquier causa? Él respondió: ¿No habéis leído que el Creador, al principio, los hizo varón y hembra, y dijo : Por esto dejará el hombre padre y madre, y se unirá con su mujer, y serán los dos uno solo? Ya no son pues dos, sino uno solo. Por tanto, lo que Dios juntó, no lo separe el hombre. Respódenle : Pues, ¿por qué mandó Moisés dar libelo de divorcio y repudiar? Contestóles: Moisés, por la dureza de vuestro corazón, os permitió repudiar a vuestras mujeres; mas al principio no fue así. Os digo, pues, que quien repudia a su mujer, si no es por fornicación, y toma otra, comete adulterio; y el que se casa con la repudiada, comete también adulterio. Dijéronle sus discípulos: Si tal es la situación del hombre respecto de la mujer, ¿más vale no casarse. Dijoles él: No todos comprenden esta palabra, sino sólo aquellos a quienes es dado. Porque hay eunucos que nacieron ya tales del seno de su madre; y hay eunucos que lo son por

utero sic nati sunt: et sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus: et sunt eunuchi, qui seipsos castraverunt propter regnum cœlorum. Qui potest capere, capiat.

obra de los hombres, y hay eunucos que a sí mismos se hicieron tales por razón del reino de los cielos. Compréndalo quien pueda.

*Salmo 44.15* OFERTORIO

AFFERENTUR regi virgines post eam: proximæ ejus afferentur tibi.

Es conducida al Rey con su cortejo de vírgenes compañeras.

SECRETA

SUSCIPE, Domine, Munera, quæ in beatæ Agathæ Virginis et Martyris tuæ solemnitate deferimus: cujus nos confidimus patrocinio liberari. Per Dominum.

Recibe, Señor, los dones que te ofrecemos en la solemnidad de tu virgen y mártir santa Agueda, por cuyo patrocinio esperamos nuestra liberación. Por nuestro Señor Jesucristo.

PREFÁCIO COMÚN

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cœli, cœlorumque Virtutes ac beata Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti, jubeas, supplici confessione dicentes:

En verdad es digno y justo, equitativo y saludable, que en todo tiempo y lugar, te demos gracias, Señor, santo, Padre, omnipotente y eterno Dios, por Cristo nuestro Señor. Por quien los Ángeles alaban a tu majestad, las Dominaciones la adoran, tiemblan las Potestades, los Cielos y las Virtudes de los cielos, y los bienaventurados serafines la celebran con igual júbilo. Te rogamos que con sus alabanzas recibas también las nuestras cuando te decimos con humilde confesión:

COMUNIÓN

QUI me dignatus est ab omni plaga curare, et mamillam meam meo peccatori restituere, ipsum invoco Deum vivum.

Al que se ha dignado curarme de todas mis llagas y restituir mí pecho a mi seno, a él, Dios vivo, invoco.

POSCOMUNIÓN

AUXILIENTUR nobis, Domine, sumpta mysteria: et, intercedente beatæ Agathæ, Virgine et Martyre tuæ, sempiterna faciant protectione gaudere. Per Dominum.

Fortalézcanos, Señor, el sacramento que hemos recibido y por la intercesión de tu virgen y mártir santa Águeda, nos confirme con su eterna protección. Por nuestro Señor Jesucristo.